

## Preface na Zelený čtvrtek ze španělského gotického misálu


V pravdě je důstojné a spravedlivé, abychom tobě, svatý Pane, všemohoucí Otče, a Ježíši Kristu, tvému Synu vzdávali díky. Byli jsme shromážděni jeho lidskostí, povýšeni jeho pokorou, osvobozeni jeho zradou, vykoupeni jeho trestem, spaseni jeho křížem, očištění jeho Krví, nasyceni jeho Tělem. V tento den se za nás vydal a uvolnil pouta našeho hříchu. Svým věrným lidem ukázal bohatství své dobroty a pokory tím, že se rozhodl umýt nohy samotnému svému zrádci, jehož ruku již viděl zapojenou do tohoto ničemného činu.

Ale jaký div, že v předvečer své dobrovolné smrti, když se chystal konat práci služebníka, svlékl svůj oděv ten, který se zřekl svého božství? Jaký div, že se přepásal plátnem a v podobě sluhy byl nalezen v lidských šatech? Jaký div, že lil vodu do umyvadla, z něhož měl umýt nohy učedníkům, kteří prolili jeho krev na zemi, aby smyl nečistotu našich hříchů? Jaký div, že lněná látka, kterou byl přepásán, otřela nohy, které umyl, kdo v mase, kterým byl oděn, upevnil kroky hlasatelů evangelia? Aby se přepásal plátnem, oblékl se do šatů, které měl na sobě, aby po svém ponížení přijal podobu služebníka. Neodložil to, co měl, ale přijal to, co neměl.

Když byl ukřižován, byl svlečen ze svých šatů, a když zemřel, byl zahalen do plátna, a celé jeho utrpení bylo očištěním věřících. Když byl tedy v předvečer svých utrpení, posloužil, nejen těm, za které měl zemřít, ale i tomu, kdo ho měl na smrt vydat. Pokora je pro člověka skutečně tak důležitá, že sám Boží majestát jej učí svým vlastním příkladem. Pyšný člověk by byl navždy ztracen, kdyby ho nenašel pokorný Bůh: a tak, kdo byl zničen pýchou svůdce, byl zachráněn pokorou nejlaskavějšího Vykupitele, kterému zaslouženě všichni andělé a archandělé denně bez ustání volají a jedním hlasem zpívají: Svatý! Svatý! Svatý!

---

Dignum et justum est nos tibi, Domine sancte, Pater omnipotens, gratias agere: et Jesu Christo Filio tuo. Cujus nos humanitas colligit: humilitas erigit: traditio solvit. pœna redimit: crux salvificat: sanguis emaculat: caro saginat. Qui seipsum pro nobis hodie tradidit; et culpæ nostræ vincula relaxavit. Qui ad commendandam fidelibus bonitatis suæ humilitatisque magnificentiam, etiam traditoris sui non dedignatus est pedes abluere: cujus



jam manus prævidebat in scelere. Sed quid mirum: si dum ministerium formæ servilis voluntariæ morti vicinus adimplet, posuit vestimenta sua: qui cum in forma Dei esset, semetipsum exinanivit? Quid mirum si præcinxit se linteo: qui formam servi accipiens, habitu est inventus ut homo? Quid mirum si misit aquam in pelvim: unde lavaret pedes discipulorum: qui in terra sanguinem suum fudit: quo immunditias dilueret peccatorum? Quid mirum, si linteo quo erat præcinctus, pedes quos laverat tersit: qui carne qua erat indutus evangelistarum vestigia confirmavit? Et linteo quidem ut se præcingeret: posuit vestimenta quæ habebat: ut autem formam servi acciperet: quando semetipsum exinanivit; non quod habebat deposuit: sed quod non habebat accepit. Crucifigendus sane suis exspoliatus est vestimentis: et mortuus involutus est linteis: et tota illa ejus passio credentium facta est purgatio. Passurus igitur exitia; præmisit obsequia. Non solum eis pro quibus subiturus venerat mortem; sed etiam illi qui fuerat traditurus illum ad mortem. Tanta quippe est humanæ humilitatis utilitas: ut eam suo commendaret exemplo divina sublimitas. Quia homo superbus in æternum periret: nisi illum Deus humilis inveniret. Ut qui periret superbia deceptoris: salvaretur humilitate piissimi redemptoris. Cui merito omnes Angeli et Archangeli non cessant clamare quotidie: una voce dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus.